Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Alchemistische Sammelhandschrift - Cod. Allerheiligen 3

Nagel, Paul

[Leipzig], [um 1605]

>Trium particularium Tractatus sequitur. Primum vero erit de Auri Sulphuris et alio-
rutn metallorum ...<.

urn:nbn:de:bsz:31-50343

Visual Library

DE AQUIS SOLVEN: l.
MERCURIALIB:
Tractatulus:.

Vera aqua mercurialis trib: materiis perficitur.
1. ☿ vulgi in ▽am reducitur, qua corpora perfecta
in ☿um resolvuntur, qua vegetabiliter reducuntur addi-
tione ▽ae postea animatur ☉is dissolutione.

Aquae ☿les sunt tres: scilicet mineralis, vegetabilis &
animalis. — Triplex ē ☿ius Phōz.

Primus ☿ius vulgi, qui corpora calcinat.
Secundo: ▽ ☿ii resolvens & sublimans eadem corpora.
Tertio. Verus ☿ius Phōz, cui fermentum adiungitur
ad Lapidis compositionem.

TRIUM PARTICULARIUM
Tractatus sequitur.
Primum vero erit de Auri sulphuris &
aliorum metallorum, tum La-
pidum et corallorum
extractione:. Bimsstain

℞ Auri purgatissimi laminati ℥j. Lapidis pumicis ℥iiij, stra-
tifica et reverberentur lignis siccis diebus quinque, sine re-
frigerari: pulveres accipe, in vas vitreum repone, auri lami-
nas iterum liquefac quas laminabis & ut prius fecisti strati-
fica: tamdiu donec aurum suum flavum colorem amiserit, pul-
veres omnes collige, quos super acetum optimi distillatum infunde,
clauso vase vitreo, & sic relinque donec acetum flavo colore tin-
ctum fuerit & extrahe, aliud recens acetum superinfunde, hoc tam-
diu faciendum est, ut amplius colorem extrahat auri. Tunc ace-
tum evapora & pulvis tibi in imo vasis impalpabilis relin-
quitur. Si sapis ubi finisti incipe. Sic de ceteris me-
tallis procedendum est, non tamdiu vero reverberanda veniunt
non tamdiu vero reverberanda veniunt

Ex ☉ citrinum, ex ♂ rubicundum, ex ♀ obscurius habes co-
lorem. Ex corallo tinctura extrahitur rubra quae cum spiritu vini
corrigenda sunt, & multis cohobationibus iteranda brevior
nec utilior modus dari potest. Omnis haec tinctura simul valent
post primam circulationem amplius haud serviunt. Est tin-
ctura recte parata loco auri habetur. Si ex optimo calidi [calipe]
[?]ciat fiat ♃um ♄ni.

Ra ☉ ex optimo calipe [?] fixat ☿ ♄ m

SECUNDUM PARTICULARE

Est Marcasitae plumbeae praepa-
ratio mirabilis aquam vel
alium liquorem in suum
rubrum colorem
tingens.

B: Bismuthum etiam vocatur marcasita plumbea

℞ Olei communis praeparati, Oleum Romani ana ℔ iij. Haec im-
ponantur △ i calcinatorii horis decem, deinde eximantur &
pulverisentur. Item vasi fictili haud vitriato imponatur.
Hocque flammis horis 15. solummodo agitetur, primo lenissime
▽ Solvens deinde acrius. Tunc extillabit oleum et spiritus simul.
spiritum recipies & rectifica cum oleo in pellicano recti-
ficatoque adde marcasitam plumbeam pulverisatam &
hoc in cucurbita bene lutata, quam reponis & collocabis
cum cum cineribus in fornace cui adhibe lichnium
ardentem mensis spatio. Et marcasita in rubicundissimam
mam solvitur: postmodum sumas aquam simplicem fon-
tanam, quam vitro recipienti infundas & distillare per-
mittas donec summa rubedo exeat in subiectam aquam
eandemque pone bene conclusam in cellam & flos ille Mar-
casitae in rubicundissimum crystallum convertitur. Huius
recipe in tribus quartionibus leprosum sanguinem purificat in
pleurisi, peste, contractatione, pulmoni & hepati prodest
dosis unius ciceris magnitudinis quoniam illico
solvitur.

TERTIVM PARTICVLARIVM

& totius summae operis haec est

Sit album albius, albo quantum volis, aqua solventis sextriplum in balneo sic maneat diebus tribus, exime, filtra & exicca iterum solve & hoc ter repete exiccatoque et resoluto. huius soluti tres partes accipe, olei ✝ mercurii distillati & incombustibilis partem unam aeris ✝ partes 4. claude vas & in modico calore fimi intra paucos dies universalem ad omnes morbos pellendos habebis medicinam. His lucrare & in JESV christi laudem fruere et vale.

PRACTICA OPERIS MAGNI, PHILIPPI A ROVILLASCO PEDEMONTANI:

In priori meo, de Chemia, Libro satis fuse declaravi quid sit Lapis Philosophorum, quae sit materia in qua consistit, quae sit eius natura et qualitates, in qua substantia eligi debeat, & obiter ignorantium falsas opiniones evertere conatus sum, qui etiam in verbis alienis errant, atque et impostorum qui ✝ mercurium herbis & salibus congelare nituntur, tum et eorum qui frustra Deum absque solutione figere nituntur, postremo eorum qui augmenta solis & lunae invitant. Qui omnes cum quod sub his nominibus: Chelidonia, lunaria, vino, aqua vitae, tartaro, ovis, capillis, sanguine humano, urina, stercore, sexti[?] § 4. ∞. veri occultaverunt philosophi intelligere nequiverunt ea rudi & ad verbum interpretati sunt, ut sonant, nec magis ceperunt quod sibi haec verba velint congelare, figere, multiplicare, sibique persuadent nihil aliud esse quam fluxibilitatem & humiditatem superfluam adimere, pondus augere, colorem mutare. Quae cum a me satis reprehensa sint, ad ea revertor